



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

Prologus Libri Secvndi. De vita eiusdem Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

348 DE VITA B. LIDEVVIGIS VIRGINIS	
De gratia magna compunctionis, & larga effusione lachrymarum, in communicatione corporis Christi.	XXI
De insatiabili desiderio eius ad communicandum sapius, & appariti- one pueri crucifixi.	XXII
De febre Balduini pueri, & domini Ioannis confessoris eius.	XXIII
De dolore calculi eius, & praescientia ante diem obitus sui.	XXIV
De gratia in nocte Paschali, & propheta mortis eius.	XXV
De felici obitu eius, & doloribus in extremis.	XXVI
De mirabili dispositione brachiorum eius, & inuolutione corporis.	XXVII.
De mirabili decore & aspectu vultus eius.	XXVIII
De concursu visitantium corpus eius defunctum.	XXIX
De maculis, quas contraxit, ex contactu immundorum hominum.	XXX.
De veneranda sepultura eius.	XXXI
De miraculis post mortem eius.	XXXII
Narratio trium miraculorum.	XXXIII

PROLOGVS LIBRI SECVNDI.

De vita eiusdem Virginis.

Ictis sub breuitate de multis infirmitatibus & doloribus huius virginis, necnon de gratiosis misericordiae eius operibus, & miraculosis quibusdam gestis ad laudem Dei omnipotentis: nunc etiam consequenter de spiritualibus donis eius, & diuinis consolationibus, ac frequentibus raptibus, pauca dicenda sunt, & ad aedificationem religiosorum humiliter propalanda.

CAPVT I.

De initio spiritualium consolationum eius, per recordationem Dominicae passionis.

Sicut olim per ora sanctorum Prophetarum locutus est Deus secreta sua, ad consolationem electorum suorum: ita & modo loquitur eis per scripta doctorum, & exempla bonorum: ne forte diuersis mundi tribulationibus agitati aut flagellis percussif deficiant a spe & expectatione futurorum gaudiorum. Ait namque sanctus Dauid, (cui Deus occulta sapientiae suae reuelauit) quod frequenter consolationes Dei, inter multa aduersa accepert. *Secundum multitudinem, inquit, dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae letificauerunt animam meam.* Huius scripturae sen-